hæc romanoꝝ cōſule:Manlio cum Antiochum p̄fligaſſet:& Lacedæmonioꝝ exules reduci ſineret:peten
te idem ēt poſtulante Tito philopœmen inhibuit:haud exulibus ſane obſtaturus ſed ſibi & Achæis: non
autem Titi uel Romanoꝝ gratia factū illud adſcribi uolēs poſtmodum ipſe creatus impator eiectos ī exi
lium reuocauit.Sic.n.magiſtratibus ex animoꝝ elatiōe litigator aliq̄ ex parte atq; cōtentioſus erat philo/
pœmen ſeptuageſimum iā natus ānum:& octauum iam creatus impator ī ſpem deuēerat nō ſolū belloꝝ
expertem eā ſe deductuꝝ præfecturā:ſed uitæ reliquum a rebus gerendis ocioſum quietumue ſibi datū
iri:Nam ſicut tabeſcentibus corporum uiribus una & morbi ipſi contabeſcunt:ſic & in græcanicis ciuita/
tibus diminuta potentia contentionū ſtudia ipſa deſinebant:Verūenim uero ſors inuidia:cum perinde ac
pugilem egregia currendi agilitate uolantem ſub ipſam iā uitæ metā aduētantē præcipitauit:ad terramq;
deiecit.Quidā in frequenti conuentu uirum quēpiā idoneū ſane ac imperatorē præſtantē laudibus affere/
bant:quibus Philopœmē: quonam ait modo eius uiri digne habenda mentio eſt:qui ī hoſtiū poteſtatem
uiuus peruenit?Paucorum interiectione dieꝝ.Dinocrates meſſenius homo cum priuatis cōtentionibus
Philopœmeni ſemper aduerſatus:tū uero īprobitate ac flagitiis aliorum odio inſectatus & Meſſaniā ut ab
Achæis deſtiterit:induxerat:& uicū quē Colonidē appellant:mox uccupaturus:& in poteſtatē redacturus
nuntiabatur: Forte philopœmē Argis id tēporis febricitabat:ea ut ad eius aures peruenerūt : Megalopolī
plus quadringenta ſtadia die una contēdit:eo ex loco ut ſuccurreret eueſtigio equites accæpit.Ii ciues illu/
ſtriſſimi & q̄ iuuenibus uigentibuſq; annis eximia quadam philopœmenis beniuolentia & pietate ſecum
militiā ſpōte ferebant.Meſſaniā itaq; uerſus adequitātes ad Euandri tumulū obiū abiicere Dinocratem.
Marte collato eum fundunt:in fugāq;.uertunt . Inde q̄ngenti milites:q̄bus Meſſenioꝝ fines tueri datum
erat auxilium laturi ſero aduentāt:quos ut aſpectant ii qui modo ſuperati fugerāt:ſtatim per colles cōgre
gantur.Veritus philopœmen:ne hoſte circunducto clauderetur:ſuoꝝ ſaluti cōſulens reuocatis equitibus
per duriſſima loca ſeſe recipit.Ipſe in extremo agmīe ſæpenumero in aduerſum ſeſe inferebat hoſtem cun
ctos in ſe perliciens:cum tñ cōgredi nullus auderet:& uociferationis circumagitatis curſibus eminus ute/
renᵗ.Multotiens igitur aſſiſtens dum ſingulos in tutum iuuenes p̄mittit.interfrequentes ab ī cauto ſolus
hoſtes deſtituitur.Nec ſic conferre quēq̄ manū cœpit audacia: p̄cul tantū ictibus pulſatus:cū ad lapidoſos
præcipiteſue locos urgeretur:nunc huc nunc illuc crebris p̄foſſum carcaribus equū agitabat.Nec uero ſe
niles anni aut ingraueſcens etas quo minus ſalutem cōpararet ulli ſibi impedimento erat:Quippe quam
p̄multum exercitā laboribus alacrē ſtrenuāq; reddiderat.Veꝝcum debilitatū ualitudīe corpus & iā graue
ac peregrini itineris & uiaꝝ lōgitudo fatigaſſet:equus offenſo pede eū deiecit ad terrā:quo caſu duro q̄dē

atq; aſpero cum uehemens atroxq; capiti dolor infligeretur. aliq̄diu ītercæpta uoce iacuit. Illum igitur hoſtes expiraſſe rati: uerſato corpore ſpolia rapere cæperunt. Poſtq̄ autē caput attollens oculos aperuit: cateruatim irruentes manus in terga inflexas colligant: & ingenti dedecore: & contumelioſiſſimis uocibus hominem ducunt: quē a Diocrate hiſce probris affectum iri: ne in ſomniis quidē unq̄ ab ullo ſperatum eſt. Oppidani hoc accepto nuntio miꝝ ī modū elati ad portas confertiſſimi congregantur: ut uero Philopœmenem præter gloriæ ſuperioris reꝝ geſtaꝝ triumphorūq; dignitatē raptatū cōſpexere: maxima ex pte obortis lachrymis miſerantes condoluere. Subinde exiſtimantes q̄ caduce q̄ infide ſermo emanauit: reuocandū eſſe prioꝝ beneficiorum memoriā: & libertatis quam eiecto. Onabide tyranno ſibi reddidit. Pauci Dinocratis gratiæ aſſentantes torqueri hominē: & ut infeſtū inimicū & implicabilē necari iubebant: Terribiliorem ipſi Dinocrati ſi euaſerit fore: a quo tā ignominioſe habitus & in captiuitatē redactus extiterit. Ipſum igitur in ſubterraneū ferunt domiciliū: cui theſauro nomē indiderunt: neq; auras neq; lucē extriſecus excipiens. Cūq; fores nullas haberet: ſaxum ī mane obtrudentes includunt ubiq; circunlocatis militibus deponunt. Interea equites ut ſeſe ex fuga recæperunt: comparentē nuſq̄ Philopœmenē extinctum eē credentes: dudum ſubſtitere iactatis late uocibus hominē reuocare: inq; uicem ſermones edere: iniuſtam profecto turpemq; ſibi ſalutē uendicatam eorum īperatore hoſtibus omiſſo: q ipſorum gratia ne ꝓpriæ quidē uitæ pepercit. Deinde progreſſi accurata īdagine cuncta perluſtrāt: donec illius captiuitate accæpta nontios ad Achæorum oppida dimiſere: q permagnā eā īfœlicitatē faciētes uiꝝ ex Meſſeniis miſſa legatione repoſcere decreuerunt: exercitū interim apparantes: Hæc quidem apud Achæos agebant. At uero Dinocrates Philopœmeni tempus q̄ maxime ſalutare metuens: ut Achæoꝝ apparatibus anteuerteret: ubi primū intendentibus tenebris Meſſeniorum uulgus abceſſit carcerem apperit: ſeruū publicū intromittit: uenenum afferre iubet: donec illud epotarit præſentem aſtaret mandat. Philopœmen chlamide obuolutus decubabat: nō ſopore quidē ueꝝ triſtitia & mētis æſtu tenebatur. Lumen itaq; & hominē propius cū ueneni calice adſtantē conſpicatus: ſiquid deequitibus præſertiq; de Lycorta audiſſet: eū percōtatur. Reſpōdente homine euaſiſſe q̄plures capite anteiuit: & comiter intuens hominē recte īquit dicis: ſi omni ex parte nobiſcum īfœliciter actum nō eſt: nec alia emiſſa uoce uenenum hauſit. & iterato recubuit. Nec ulla potioni pturbatione exhibita ſtatim adiuuāte morbo extinctus: cum primū ad Lachæos de philopœmenis interitu perlatum eſt: publicus mœror & luctus ciuitates habuit. Qui ꝑ ætatem ferre arma poterant ſimul & urbium primates Megalopolim cōuenietes: nullā uindictæ morā facere: ſed delecto imperatore Lycorta fines Meſſenioꝝ ingreſſi: cuncta ferro igniq; peruaſtant: donec concordi conſilio ciuitas Achæos acciperet: Dinocrates hoſtilem occupās ſæuitiam: necem ipſe ſibi cōſciuit. Quicūq; occidēdo Philopœmenem aſſenſum tribuere: ultro uitā finiere: Quiſqs eum torquēdum eſſe cenſuit: eum Lycortas in uinculis coniecit. Poſtq̄ uero eius cadauer cōbuſtum & compoſitis in urna reliquiis caſtra mouerunt: nō qdem cōfuſo aut temerario īcedēdi ordine: ſed triumphali q̄dam & uictrici pompa ſacris parētalibus immixta: cernere erat eoſdem & coronis ornatos & lachrymis afflictos. Colligati ſubīde ducebāt inimici. Vrna præ coronaꝝ & tenioꝝ quaq; uerſum pēdentiū multitudīe uix apparebat. Hāc ferebat īmpatoris filius Polibius circūſtātibus Achæoꝝ uiris primariis & excellētiſſimis milites armis īſignes ornatis ſequebāt equis neq; ut in tāti uiri luctu mœrentes: neq; ī uictoria exultātes: ex mediis urbibus & uicis multi mortales obuiam perinde ac ab expeditione reuertenti ꝓdibāt: & beniuole ſalutato urnā attingētes Megalopolim frequēti comitatu deducebāt: Vt uero grādiores natu mulieres ac pueri ſeſe aduentātibus īmiſcuerunt: luctus uniuerſi exercitus ſuſpiria q̄rimonia uociferatiōes ad urbem uſq; pueniebant: præ ſe deſiderio caſus hominis acerbiſſime ferētes: ſimulq; cum philopœmenis iactura & maieſtatem & faſtigiū dignitatis īter Achæos tenuiſſe reputātes. Sic ꝓ meritis ſumma cum gloria humatus eſt circa monumentū Meſſenioꝝ. Captiui lapidibus obtriti ſunt. Cūq; ſtatuæ illius pmultæ & īgētes ꝓ ciuitatū decretis honores extarēt. Romanus homo ī euerſione Corinthi cūctas diruere conatus eſt: illū nō ſecus ac ſupſtitē romanoꝝ hoſtē atq; maliuolum īſectari gloriabūdus. Veꝝ eius rei diſſeminato rumore ac multa ī calūniatorem referente Polibio neq; Mānius neq; legati honores clariſſimi uiri deleri paſſi ſunt: tametſi maxima. Tito & Mānio īpedimēta īfeſtus obieciſſet: etenim illi a cōmoditate uirtutē & honeſtum (ut par erat) ab utilitate recte proq; officio diſtinxerūt: cum his q de nobis benemeriti ſunt: mercedē & gratiā ab ipſis ī quos beneficia collata fuere: bonis āt decus & honorē a bonis referri debere exiſtimarēt. Et de philopœmene q̄dem hactenus.

## TITI QVINTI FLAMINII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

PHILOPOMENI TITI QVINTVM FLAMINIVM Comparamus. Is quali ſtatura fuerit: ab ærea licet agmīe cerni quæ Romæ apud Apollinem magnum e Carthagine aduectum cōtra circum poſita eſt græcis īſcripta litteris. Natura uero huiuſcemodi ad iram & gratiā celer fuiſſe tradit: haud tamē ad utrāq; rem ſimilis: Nā ī puniēdo mitis ac minime ptinax: ad gratificādum afficax & aſſiduus: q̄buſq; beneficia contulerat: pinde ac recepiſſet prōptus & ꝑpetua beniuolētia affectus: q; ii rem pulcherrimā colēdi cōſeruādiq; cā eſſent: Honoris & gloriæ cupidiſſimus p̄ſtantiſſima quæq; atq; eadem maxīa ipſe agere uolebat: longe magnis beneficium affectantibus q̄ erogātibus gratulari ſolitus: q; illos uirtutis materiam hos aūt gloriæ competitores duceret. Cæteꝝ cum multa & ingentia romanos implicarent bella: ſtatimq; ab ineunte ætate iuuentus ad res bellicas inſtrueret: Titus mores ac diſciplinam aſſecutus militarem tribunus militum ſub Marcello cōſule ī eo quod aduerſus Hannibalem gerebat bello primam egit militiam. Poſtq̄ uero Mar

cellus ꝑ inſidiaſs mortem oppetiiſſet:capto iterum Tarento Titus eius ꝓuinciæ præfectus creatus plurimum gloriæ ſplẽdorem uero minus in adminiſtranda iuſticia q̃ bello cõparauit. Quãobrem ad duas colonias alterã Narniã alterã Cõſam deducẽdas princeps delectus eſt:q̃ res ad medias q̃ſdã:& iunioribus tribui cnnſuetas dignitate omittẽdas tribunatũ uidelicet ꝑturã & ædilitatem illũ extollebat: ſtatimq; i petitiõe cõſulatus prona i ſe habuit ſuffragia. Fuluius tamẽ & Manlius tribuni plæbis ei magnoꝑe reſiſtebant iniquũ eſſe aſſerentes iuuenem uiꝝ ad uſurpãdã ſummam dignitatem ꝑter leges irrumpere:qui ad ſacra reipublicæ myſteria nec dum initiatus acceſſerat. Eaꝓpter ſenatus ſnĩam reiecit ad populum. At populus Titũ eueſtigio triginta nõdum annos natũ conſulẽ cũ Sexto ellio deſignat. Aduerſus Philippũ ac Macedones bellum ſortitus eſt. In quo deligẽdo romanis iccirco rebus fortunæ fauor aſpirauit:ꝙ græci hoĩes nõ tam bello ac uiribus q̃ facundia & comitate uĩcendi captãdiq; erant. Quippe Philippo cum ad ꝓpulſandã pugnam ſat eſſet macedonicus principatus ad inferendum ẽt ipſa græcoꝝ potentia ſuæ oĩo phalangis inſtrumentum durante bello uires ſumpus impenſam refugiũq; ſuppeditabat. Nec ꝓfecto:niſi diſiunctis a Philippo græcoꝝ auxiliis in eo bello unius prælii opus extitiſſet. Græcia quoq; necdum romanis ĩclinata rebus tum primũ gerẽdis implicita:niſi frugi natura ducem & eloquentia magis q̃ uiribus frætũ quiq; oratione ac lepore tum monẽdo tum audiendo hoĩes alliceret & iuſticiæ rigorem ſeruaret:nacta eſſet nõ facile ꝓ ſuis alienigenam optaſſet principatum:quæ oĩa ĩ eo extitiſſe uiro ſua geſta declarant. Cæteꝝ cum ſuperiores audiſſet impatores tum. P. Sulpitium tum. P. Villium tarde ĩ Macedoniã ꝓfectos:lente quoq; bellum adminiſtraſſe:eoſq; modo pro locis leuibus ꝑliis modo pro uiis ĩterfrumentãdum a Philippo fuſos nõ eos duxit imitãdos. Ii enim cum oẽm ferme annũ dignitatibus & officiis reip. domi cõſumpſiſſent ad belligerãdum poſtmodũ ſeſe cõtulerãt. Titus ſui cõſulatus annum partim domi partim militiæ neq̃q̃ ducendi ratus ampliorem cõparaturus gloriã:ꝙ ſimul impio cõſularis aſſociabiẽ dignitas:urbanos magiſtratus ac dignitates omiſit:fratrẽ Luciũ claſſis ꝓfectũ a ſenatu ſibi ĩ ea expeditiõe dari impetraſſe:deĩde ex his q in Hiſpania cum Haſdrubale cõflixerant:Hãnibalẽq; in Africa Scipionis auſpiciis ꝓfligauerãt lectis tribus milibus adhuc ætate robuſtis & ad dimicaudũ impigris tutus ĩ Epirũ traiecit:ubi publium cũ copiis aduerſus Philippum metatũ offendit. Cõtra Philippus ubi Hapſus irrũpit fluuius ꝑ ſtatione dudum tenuerat anguſtias:& ne Publius egregiũ qcq̃ efficeret:impedimento erat locoꝝ aſperitas. Titus aũt ſimulatq; exercitũ accepit:dimiſſo publio loca exploraturus adit. Ea ſunt uero minus quã tẽpe munita. Cæteꝝ arbuſtoꝝ pulchritudo quẽadmodũ illis & ſpatioſa ſiluaꝝ uiredo:eaq; pratoꝝ amœnitas neq̃q̃ adeſt:inter magnos & cælſos utriq; mõtes uaſta ꝓfundaq; uallis deduciẽ:ꝑ quã curſu atq; celeritate par peneo Hapſus elabitur. qui omnẽ ferme radicẽ montis occupãs ꝑcipitem anguſtamq; relinquit in ripa ſemitã haud exercitui tranſitu facilis:ſi pro ſtatione teneaẽ omnino inſuperabilis. Erant q circunducto per daſſaretida penes lyncum tramite habilem Tito aditũ patefecerẽt. Ille ueritus ne lõgius a mari ſterilia & ĩculta ĩgreſſus teſqua detractãte pugnã philippo rebus ĩfectis:ꝙ & ſupiori duci cõtigerat:mare iteꝝ ob cõmeatus inopiã coactus repeteret:ſũma ope cõtẽdit ꝑ mõtis faſtigia occupare tranſitũ. At ea res nullũ belli finẽ afferre: nihilq; cõducere uiſa ẽ. Siqdẽ Philippus cũ cacumina phalãge teneret:obliqs undiq; miſſiliũ atq; ſagittaꝝ ictibus romanos petebat. Acri pugna cõmiſſa ſaucii & exãgues cadũt plurimi. Accedũt ĩterea paſtores qdã ĩdigene:q ꝑ quoſdã neglectos ab hoſtibus anfractus exercitũ ſeſe ducturos:& tertio demum die ĩ ſummis conſtituere mõtibus polliceantur. Fidei uero cognitorẽ confirmatorẽq; præſtitere Charopen machatan. Is erat inter epirotas homo primarius plurima romanis affectus beniuolentia clam eis ob philippi metũ fauens Cui fide habita Titus quẽdã ex tribunis militũ cũ peditibus. iiii. milibus & equitibus trecẽtis mittit:paſtores illi reuincti præcedebant. Interdiu quidẽ per cauernas & loca ſilueſtria taciti ſedebãt:noctu uero per lunã quæ ſemipleno lucebat orbe. iter agebant. Titus diebus quibus eos emiſſit:ceſſãtẽ tenuit exercitũ:adeo ut leuibus præliis exciret hoſtẽ. Qua uero die promiſſi ſeſe collibus deſuper oſtentare milites debebant:cumprimum illuceſcit uniuerſos & grauis & leuis armaturæ mouet Et tripartito agmine ipſe ꝑ anguſtum fluminis marginẽ rectas agens cohortes macedonibus q ſeſe per rupes oppoſuerant: cõſeritur cæteros q duabus illati partibus per locoꝝ aſperitates ĩpigre adoriatur. ĩmittit. Exorto iã ſole fumus mõtanæ more caliginis ĩcertus procul aſcendẽs emergebat. Is hoſtes (eis. n. a tergo erat) latuit:tamq; occupari mõtes erãt. Romãis ĩtercertãdũ laborãdũq; fides ambigua uerſabatur ſpẽq; ꝓ cupiditate ſumebãt. Poſtq̃ uero creſcens magis atq; magis aerẽ denigraret:iãq; plurimis ſcandens ſocioꝝ ignis eſſe cernebatur: ſublato clamore acriter incũbunt:ut hoſtẽ ad ſuperiora iuga pellicerent:alii quoq; ſummis de collibus contra inclamitant. Quas ob res in fugam cũcti mox uerſi ſunt. Et quia mõtis iniquitas ultra ĩſequi uetuit:haud amplius duo milia cecidere. Romani rebus ſeruis caſtriſq; direptis anguſtiiſq; potiti:inde per Epirum ea modeſtia eaq; abſtinẽtia trãſcurrũt:ut cũ procul a mari ac nauibus eſſent:nec unius fruges mẽſis haberẽt: nec emẽdi facultas adeſſet:ob eius cauſam regionis præda multifariã ſibi tẽperauerint. Ppilippus aũt fugatis more Theſſaliã percurrens abductis quidẽ ĩ mõtibus ĩcolis urbes ĩcẽdebat:ſuppellectilia uero quæ aut multitudine aut onere relinquebãtur:militibus diripiẽda proponebat ita ut quodãmodo romãis regiõe cedere uideretur Hæc ubi Titus accæpit egregia quadã liberalitate milites obſecrabat: ut derelicta ab hoſtibus loca perĩde ac ꝓpria peragrãtes obſeruarẽt:curarẽtq;. Cuius quidẽ prudẽtis cõſilii & optĩæ diſpoſitionis fructũ mature ſenſere. Nã cũ primũ Theſſaliã attigere:eis ſeſe ciuitates ſpõte dedidere Græci aũt q ĩtra thermophilas ſunt:ſpe ac deſiderio afficiebãtur:ad Titũ Achæi Philippi ſocietate repudiata cũ romãis bellum aduerſus Philippum gerere ſtatuunt. Hopuntii uero cum eoꝝ urbẽ ætoli recipere ac cuſtodia tenere cõcupiſcerent:q̃q̃ romanoꝝ arma iuuarent:eos aſpernati ſunt. Accito aũt Tito ſtatim ſe illius fidei com

miſerũt.Pyrhus cum primũ e ſpecula ornatiſſimũ romanoꝝ cõſpexiſſet exercitũ:dixiſſe tradiť: haud barbaricã ſibi uideri illã barbaroꝝ aciẽ:Eos quoq; q obuium primo habuere Titum:eaſdem emiſiſſe uoces oportuit.Ex macedonibus.n.audiuerãt barbarici ducem exercitus aduentare:q armis cuncta ꝓſternens oẽs in ſeruitutẽ detraheret:At poſtea uiꝝ ætatis flore uirẽtem aſpectu benignũ græca uoce ac eloquentia ſuauẽ & gloriæ haud inanis cupidum cõſpicati:ob eius beniuolẽtiam miꝝ ĩ modum demulcebanť.Cæteri ciuitates abeuntes eius hominis ſtudio & amore uniuerſa cõplebant:q; eas iã libertatis ducem aſſecutas eſſe ꝑdicarent poſtq̃ Philippum ad pacem ĩclinatum audiſſet:habito cum eo colloquio pacẽ illi amicitiamq; populi romani ꝓpoſuit.modo græcos ab eius ꝓ̃ſidiis liberatos ſuo iure legibuſq; uiuentes ſineret. Quod oĩno Philippus factuꝝ ſe eſſe negauit. Apud eos qui rerum philippi ſtudioſi erant uulgatum ẽ:romanos nõ aduerſum græcos ſed ꝓ græcis aduerſum macedones bella geſturos aduentaſſe. Dehinc cum cætera Tito trãquilla ſuccederent:in boetiam ſine ulla belli facie ꝓficiſcentis primores thebanoꝝ obuiam ꝓdierãt.Ii tametſi macedonicæ partis per Bracchillelim eſſent.tamẽ perinde ac utriuſq; fouẽtes amicitiã Titum honorifice ſalutatũ exierũt:quos dextera prẽſos benigne admodũ allocutus:Titus ĩtereundũ nũc ſumma comitate ꝑcontabať:nunc de induſtria nõnulla narrabat:quoad ex itinere ſeſe milites reciperent. Hoc pacto una cũ Thebanis urbẽ ĩgreſſus eſt:quẽ cum id haud ſatis collibuiſſet:arcere tamẽ ueriti ſunt q; nõ parua iã militum manus fruerat cõſecuta:Titus attamen perinde ac ciuitatem in poteſtate nõ haberet perſuadere Thebanis cœpit:ut eos ad ſuſcipiendam romanorum ſocietatem induceret:Ad idem quoque faciundum cum rex Attalus orando thebanos pelliceret:ſupra ſenectutis uires ſuam in dicendo potentiã per quandam laudis & gloriæ cupiditatem oſtentare conatus ſupita:interrorandum capitis uertigine aut humoris deſcenſu correptus amiſſis ſenſibus concidit:paulopoſt nauibus relatus in Aſiam ſupremum uitæ diem obiit.Thebani romanis conceſſere.Poſtea Romam exeuntibus a Philippo legatis ſuos quoq; Titus mitit:qui durante bello tempus ſibi prorogari ab ſenatu impetrarent:aut ſaltem ab eo pacem fieri decernant.Is enim honoris per cupidus:ne alter ſuffectus ad bellum imperator ſuam illi gloriam interciperet magis atq; magis uerebatur.Cæterum cum eius amicorum opera Philippus ex his quæ poſtularet nihil impetraſſet:eius adminiſtratio belli ac imperium Tito demandatur.Qua de re ubi ſenatus decretum accepit:ſpe elatus ſtatim in Theſſaliã ad debellandum Philippum concitatus eſt ſupra uigintiſex milia hominum habens:ex quibus peditum quidem ſex milia:equites uero quadringentos tradiderãt æthali:tantus ferme Philippi exercitus.Poſtq̃ uero ad Scotuſſam caſtris caſtra collata ſunt:ubi futurum erat utrinq; periculum:non ut fit trepidare duces inuicem ſed impetu magis & gloriæ cupiditate compleri. Romani macedones quoꝝ in fortitudine ac uirtute plurimũ per Alexandrum nomen erat uincere contendebant. Macedones ſi romanos quos certe perſarum fortiſſimos arbitrabantur:ſuperaſſent:clariorem alexandro Philippum ſe demõſtraturos eſſe ſperabant.Titus igitur milites pro concione hortati:ut fortes ac ſtrenui forent:eos in græcia pulcherrimo quidem orbis terrarum ſpectaculo aduerſus præſtantiſſimos iamiam decertaturos hoſtes philippus ſeu forte ſeu opera dedita buſtum quoddam excelſum:quod extra uallum prominet:intempeſtiuus aſcendit:ex eo priuſquam pugnam iniret de more ad concitandos ſuoꝝ amicos cõcionẽ orſus.Quæ res ubi dirum animis ac triſte obiecit augurium:turbatus ea die ꝓ̃lio abſtiuit.Poſtridie ante ſolis ortum ob mollẽ ac humidum eius noctis auſtrum uerſis in caliginẽ nubibus ꝓfunde cãpos cõpleuerant tenebræ:ſummis quoq; mõtibus inter amboꝝ caſtra craſſus delabebať aer:qui mox ĩchoante die locoꝝ faciẽ obduxerat.Quapropter q ſpeculãdi & ĩſidiãdi gratia utriq; ꝓdierãt:mox ĩuicẽ illabẽtes prælium acre cõmittunt:ubi nunc canis capita appellãt.denſi eñi cumuli & parui mutuo colles ꝓminẽt:quibus ex formæ ſimilitudine id nomẽ extat:Cum inter locoꝝ iniq̃tates uariæ nunc fugãdo nũc fugẽdo fierẽt mutatiões:laborãtibus cædẽtibuſq; e caſtris amboꝝ ĩmittebatur auxilia.Cumq; ĩclareſcente iã aere quæ geſta ſunt:cernerẽt:tota ſignis ſigna cõferunt.Philippus qui dextro præerat cornu ad teſtudinẽ ſtructa phalãge e ſupioribus locis enixe cõtra romãos ĩfertur:cuius grauiſſimũ ĩpetum nec ipſi romanoꝝ ſtrenuiſſimi ſufferre poterãt:Interea cum locoꝝ aſperitatẽ & mõtis iniq iuga cõſtare phalãx & dẽſa ꝓdire acie q̃ ĩ re totius agminis uis roburq; cõſiſtit:neq̃ret:turbari ac diſpergi ſiniſtꝝ cornu cœpit.Quod ubi Titus aĩaduertit:deſperata alioꝝ uictoria:huc ſuos acerrime cõcitat.Quippe macedõibus ut uiꝝ uiro cõſererẽt:ĩpedimento erat armorum onus.Phalãx enim quoad mẽbra coniuncta perſtant:& teſtudinẽ uno conſeruat ordine:ſicut iu.ctũ quoddam aĩmal ſuas gerit uires.Cæteꝝ ea diſſoluca cõpage uniuſcuiuſq; robur ac fortitudo ꝓpter armaturæ genus ammittunť:q̃ prius cõnexis mutuo partibus uehemẽter pollebant.His igiť uerſis romani alios fugiẽtes ĩſectari alios interpugnãdum diſcurrentes ex obliquo truncare.Quæ res ita uictores macedones ꝓfligauit.ut repẽte proiectis armis fugã capeſſerent.In eo ꝓ̃lio octo milia hoſtium cecidere:circiter quinq; capta:ætholoꝝ uero culpa philippũ euaſiſſe contigit.qui romanis adhuc hoſtem inſequentibus prædæ ſeſe ac diripiendis caſtris accinxerant:ita ut redeuntes illi nihil offenderint . Quam obrem grauiſſimis inter ſe contumeliis tũ primum diſceptarunt.Ita ut mœrore deinceps titũ angere non deſiſterẽt.Sibi totã eius uictoriæ laudẽ adſcribere:græcoſq; ita rumoribus occupare:ut cũ poetæ id facius celebrarent:primos ætholos ſuis carminibus ſcriberent.Ex quibus hoc per cunctoꝝ ora uolitabat epigrama.Fleribus & buſto ĩdecores terdena uiator theſſaliæ oppetimus milia in hoc tumulo.Marte ſub ætholum domiti & uirtute latinũ.Quos titus ĩmenſa duxit ab italia Aemachiæ cladẽ trux ſpiritus ille philippi Ceruoꝝ curſu præpete lapſus abit:Hæc Alceus in philippi uituperiũ edidit:ĩ quibus & cæſorum numeꝝ emẽtitus ẽ.Ea cũ paſſim canerẽtur:titũ q̃ philippũ acrius iritabãt:q Alceũ carpẽs hoc carmẽ ſuis adiecit elegis: Frõdibus & ueteri libro nudata uiator:Cælſa ſit alceo crux ſita ĩ hoc tumulo.Hæc res Titum q com

parãdæ ex græcis gloriæ ſummo ſtudio tenebatur:nõ mediocriter afficiebãt. Quapropter neglecti ætholi
in poſterum cum ĩpe ꝑ ſe bellum gerere ſtatuiſſet:grauiter tulere.Poſtea cum ꝑ legatos ſecũ de pace Philip
pus ageret:cæteras ætholi ciuitates obibant:pacem Philippo uenundari clamitantes: cũ funditus bellũ ex/
cindere & ipſius delere imperiũ liceret:qui uniuerſam ſeruitute græciã oppreſſerat.Hiſce rumoribus cum
ætholi ſocios perturbaſſent:ad fimandas pacis conditiones accedẽte Philippo omnis exempta ſulpicio eſt.
Poſtq̃ enim ſe ac regnum Titi & populi Romani poteſtati commiſiſſet:ictum fœdus eſt uerũ Titus ei re/
gno macedoniæ reſtituto ab Græcia iuſſit abſtinere.Mille talẽtis tributi noĩe & ꝑter decem naues uniuer/
ſa claſſe mulctatũ:alteꝝ ex liberis eius Demetrium noĩe obſidẽ ſuſceptũ Romam miſit.Quo quidem fa/
cto ipſum cõmodiſſime uſum tẽpore & ĩpendentibus occurriſſe periculis liquet. Rex enim antiochus cũ
poſt res ab ſe magnifice geſtas ingenti parta gloria & uiribus auctis ad cũctoꝝ pricipatũ oculos adieciſſet:
tũ uero uehementius aduerſus romanũ ĩſurgeret imperiũ.Hãnibal carthagĩe profugus romanoꝝ inimi/
ciſſimus ad eum ꝓfectus eſt:quẽ per ſe alioquin abunde perſuaſum ad ꝓſequendum fortunæ fauorẽ & af/
fluentis potẽtiæ cõmodũ aſſiduis ĩcitabat ſtimulis:quibus acute ac ſapiẽter præuiſis:niſi Titus ad cõponẽ/
dam pacẽ animũ ĩclinaſſet:ueꝝ intra Græciã contra romanos Philippus antea ſibi pro cõmuni cauſa bel/
li ſociũ aſciſſet Antiochũ:qui ea tẽpeſtate duo maximi ac potentiſſimi reges erant:profecto non minora q̃
ſecundi belli punici tẽpore certamina periculaq; romanis ĩpendiſſent:reſtabãt.Nunc uero cũ utriuſq; belli
mediã & peropportune quidem pacem Titus ĩteriecisſe:ita ut priuſq̃ qđ aduentabat: ĩcoheretur: præſens
abſcinderetur:factum ẽ:ut extrema quidẽ ſpe Philippum prima ãt priuaret Antiochũ.Inde decẽ ab ſenatu
miſſi legati Tito conſulebant:ut cæteris libertati priſtinæ reſtitutis.Corĩthus Chalcis ac Demetrias præſi
dio impoſito ſeruarẽtur:quo tutiores aduerſus Antiochum eſſent.Tunc ætholi per ciuitates apertis calũ/
niis pro rumpebant:Soluit Titus ĩquiunt Græciæ cõpedes.Prædictas namq; urbes eo nomine Philippus
appellare ſolebat.Græcos quoq; percuntabantur:ſi nunc gratiora quidẽ aut leuiora q̃ olĩ uicula collo ge/
ſtantes gaudeant:& Titum perinde ac beneficium admirari pergant:qui ſolutis Græciæ pedibus ceruicẽ
nodo perſtrinxit.Quas ob res titus grauiſſimo dolore cõpunctus legatos crebris induxit præcibus: ut ab
his etiam ciuitatibus quo pleniſſima gratia & accumulatũ foret beneficiũ deducere ꝑſidia liceret. Itaq; dũ
agerentur iſthmia:& frequens hominum conuentus ad ludorum ſpectaculum conſediſſe:utpote diutur
nis laſſata bellis Græcia in ſpem libertatis pacẽ feſtis celebrante diebus:iuſſo per tubæ ſonum ſilẽtio pro/
ceſſit in medium ꝑco:itaq; proclamauit:Senatus populuſq; romanus:ac titus Quintus ĩperator & conſul
rege Philippo & macedonibus debellatis ſine cuſtodiis liberos ĩmunes ſuo iure uiuentes fore permittunt
Corinthios Locros Phocenſes Euboicos Achæos Phtiotas Magneſios Theſalos perrebos. Principio qui/
dem cum nõ ad omnes ea uox aperte perueniſſet:ĩgens motus eſt in theatro fremitus mirantium inter ſe
hominum dictaq; ſciſcitantium:& pronũciari rurſus orantiũ:iterum ſedato tumultu ꝑco ita clara ꝓnun/
ciauit uoce:ut per uniuerſos eius præconii clamor ierit:ob cuius rei claritatẽ ĩmenſus quidam & incredi/
bilis ſtrepitus ad mare uſq; delatus ẽ.Nulla inde certatoꝝ habita mentione concti aſſurgunt ſtudioq; ꝓſi
liunt.& Titi dextram amplexantes ipſum Græciæ ſothera ac defenſorem ſalutabant. Tunc id quod ſæpe
numero de ĩmenſa uocis magnitudĩe cõmemorari ſolet:cernere erat.Corui enim qui forte ſuperuolabãt
in ipſo decidere theatro:cuius rei cauſa conſciſſus aer extitit.Nã cũ uox per magna editur:ipſius ui diſiun/
ctus aer nullã uolantibus firmitatẽ exhibet.Verum cũ iccirco lubricus factus ſit:aues perĩde ac ad inane ꝑ/
uenerint:delabuntur:aut mediuſſidius e clamoris ictu tanq̃ ſagitta quadã ſauciæ exanimes cõcidunt. Po/
teſt & q̃dam aeris ſicut & pelagi uortex eſſe qui uiolento circũagat impetu.titus tãtæ multitudinis frequẽ
tiam concurſumq; proſpiciens:niſi mature ſe ſubduxiſſet:tot undiq; ſimul inundãtibus ꝓfecto ſupereſſe
nequiſſet:qui ubi ingruente iam nocte circa Titi tabernaculum clamare deſtiterũt:amicos aut ciues præ/
gudio obuios ſalutabant amplexabantur ad cœnas uua potuſq; uertebant : tum lætiores ut fit longos de
Græcia ſermones edebãt:quæ libertatis gratia tot confectis bellis nondum illã iucũdius aut ſtabilius eſſet
conſecuta Nunc autẽ alio nacta propugnatores nullo ferme cruore aut luctu præſtantiſſimum bellorum
præmium uẽdicauerit. Nã cum ĩter homĩes fortitudo atq; prudentia perrarum quiddam extiterit:tũ ex
cæteris honeſtatis partibus lõge rarior iuſticia fuit & æquitas.Siquidem Ageſilai Lyſandri Niciæ Alcibia
dæ bellum quidem adminiſtrare & terra mariq; dimicantes uincere norant:ſuas autẽ uictorias ad genero
ſum gratificandi & honeſtatis uſum accomodare neſciebant:Nam præter res Marathone geſtas bellum
naualle Salaminæ Placenſe prælium Thermophilarum Eurimedontis & cyprica Cimonis opera uniuer
ſas Græciam pugnas ad ipſius ſeruitutem perfeciſſe conſtat:& unumquodq; trophæum in ſui perniciẽ ac
dedecus extitiſſe ipſamque ſuorum improbitate ducum & mutua eorum contentione ſæpiſſime fuiſſe
ſubuerſam.At homĩes exteri paruam ſecum neceſitudinem & perexilem priſci generis cõmunicationem
habentes : ex quorum uerbo aut conſilio ullam ad græcos cõmoditatem perueniſſe mirandum eſt:ipſos
maximis adeo laboribus ac periculis ad grauiſſima tyrannoꝝ ditione liberarunt. Talia per græcos collo/
quia manabãt. Mox rebus cõſentanea fuere præconia.Simul enim titus Lentulum ad liberãdos Bargilie
tas miſit ĩ Aſiam.Tilium ĩ Thraciã:ut ex oppidis ac ĩſulis Philippi præſidia ſubmoueret . Publius Villius
ut cũ Antiocho ꝓ liberandis græcis quos oppreſſerat ageret:traiecit:titus Chalcidẽ profectus inde in Ma
gneſiam nauigans exploſis cuſtodiis rerum gubernacula publicarum ſuis reſtituit populis . Ad celebran/
da penes Argos Nemia ludorum præfectus deſignatus & magnificentiſſimũ edidit apparatũ:& ibi rurſus
græcis libertatẽ præcõis uoce pronũciauit:Ciuitates obiens legum ſanctitatẽ iuſticiãq; cõſtituere illas mu/
tua ſimul beniuolẽtia & charitate cõciliare : diſcordias ac ſeditiões ſædare:exules reducere.Quibus rebus

non minus q̄ uictis macedonibus lætabaꝛ:ita ut iam ꝓ cæteris beneficiis per q̄ minimũ accepta libertas cõ
ſeretur.Xenocratem philoſophũ cum olim ad carcerẽ publicũ pertraherent:ex ipſoꝝ manibus Lycurgus
orator eripuit:dehinc in eos ex ipſa petulãtia grauiter animaduertit:poſtmodũ cum in eius filios aliquan
do Xenocrates incidiſſet : dixiſſe fertur filii optimas genitori noſtro gratias reddo:eius.n.opera laudibus
unuſq́ſq; proſequiꝛ.Tito autem & romanis non mõ laudibus ueꝝ etiam fide ac potẽtia dignæ grates age
banꝛ.Non ſolum.n.accedẽtes eoꝝ prætores læte excipiebanꝛ:ſed accitis ultro ciuitates & populi ſuæ ſedi
tioni dedebãt.Reges quoq; cũ alioꝝ regũ iniuriis uiolarenꝛ:ad romanoꝝ cõfugiebãt manus.Quãobrẽ fa
ctum ẽ :ut diis iuuãtibus mature cuncta romano ſubderenꝛ imperio.Cæteꝝ Titus Græciæ libertate glo
riari admodũ ſolitus cũ argenteos clypeos ſuamq; delphis parmã affigeret:ita iuſſit inſcribi Clara Iouis ſo
boles ſtudiũ quã mulcet equoꝝ:Spartãi reges tyndareumq; genus Hoc titus æneades ſummo uos mune
re donat.Quo duce libertas oppida græca tenet.Apollini quoq; aureã imponens coronã in hunc modum
inſcripſit.Hæc tibi latonæ ſtirps o præclara corona Aurea cæſariẽ contegit ambroſiam.Quã titus æneadũ
dux ingens attulit ipſi.Da pharetrate uiro fortia geſta cani.Iam ꝑ iſthmioꝝ celebritatem terrã Græciã pri
ſtina libertate donatã ſuiſq; reſtitutam legibus.Corinthioꝝ ciuitati bis ſaltẽ aſpexiſſe contingit: primũ q
dem uoce præconis a tito:quemadmodũ ſuperius enarratũ eſt:& ætate noſtra iteꝝ a Nerone dũ is in fo
ro Corinthi e ſuggeſto concionẽ habuiſſet ad populũ.Veꝝ hæc poſterius Titus cũ aduerſus Onabin pni
cioſiſſimũ flagitioſiſſimũq; lacedæmoniorũ tarannũ longe pulcherrimũ atq; iuſtiſſimũ bellũ inchoaſſet:
græcos ad extremũ ſua ſpe fefellit:ꝙ cũ eũ capturus exiſtimareꝛ:haud uoluit.Veꝝ icto ſecũ fœdere Spartẽ
indigniſſima ſeruitute cõpreſſam omiſerat:ſeu ueritus ne diutius durãte bello alter er Roma ſuccedẽs ipe
rator ſuã illi gloriã itercipere t:ſeu Philopœmenis honoribus emutus & cõtẽtioſus.Dũ.n. Philopœmenes
uir cũ cæteris ĩ rebus græcoꝝ ſtrenuiſſimus:cũ ĩ eo bello ꝑ q̄dã audaciæ & fortitudinis opera clariſſimus:
æq̃lẽ Tito gloriã & pares ĩtheatris honores apud Achæos cõſequereꝛ:nimiꝝ titũ dolor agebat:indigniſſi
mũ exiſtimãtẽ ut Arcas hõ finitimoꝝ ac exiguoꝝ dux belloꝝ ſimiles romano cõſuli & Græciæ ꝓpugna
tori laudes decuſq; uẽdicaret.Verũenimuero titus aliã ꝓ hiſce rebus excuſationẽ afferebat cernere ſe nõ ſi
ne magno ſpartanoꝝ exicio ꝑditũ iri tyrannũ.Achæi poſtq̃ honores illi cõplures decreuiſſent:nullus ꝑfe
cto ſuis adæq̃ri poſſe beneficiis uidebaꝛ:unico dũtaxat excepto munere:qđ ei ꝑ uniuerſis caꝑ acceptũq; fu
it.Id autẽ ẽ huiuſmõi:romani acceptis ab Hãnibale cladibus cũ uenũdati & ꝑ uaria diſperſi loca ſeruirent:
mille & ducẽti ĩ Græcia uerſabanꝛ.Ii ex eo caſu cum ſemꝑ mirabiles:tũ uero eo tẽpore magis:cũ iſti q̄dem
filiis alii fratribus alii familiaribus:& qđ acerbius ẽ:ſerui liberis & captiui uictoribus occurrerent.Titus q̄q̄
moleſtiſſime ferret:haud tamẽ illis quẽq̄ priuandum eſſe dominiũ iudicabat.Achæi cũ eos minis quinq;
collatis in capita redemiſſent:coactos unũ in locum uniuerſos cõſcendenti nauẽ tito reddidere. Qua pro
pter ſumma titus alacritate diſceſſit Pulchra nimiꝝ hæc clariſſimoꝝ operum p̃mia ampliſſimũ uiꝝ ciuẽ
ornatiſſimũ & amantẽ patriæ decẽt.Ea res illius triumpho maximũ attuliſſe ſplendorẽ uideꝛ.Ii.n.q mos
ſeruoꝝ ẽ cũ libertate donanꝛ:raſis capitibus pileati ĩ triumpho titum ſunt cõſectati.Specioſius uero ſpecta
culum lõgo trãſmiſſæ ordine p̃bebant eximiæ Græciæ caſſides Macedonicæ Peltæ & Sariſſe.Grãdẽ quo
q; pecuniæ uim in eo triumpho tranſlatã Hycanus perhibet:defæcati auri põdo tria milia ſeptingenta tre
decim:argenti q̄dragintatria ducenta ſeptuaginta:aureos philippeos.xiiii.milia.d.xiiii.Præterea mille talẽ
ta quæ Philippus tributi nomine debebat.Ea in poſterum Romani tito præſertim opitulante ac perſua
dente remiſere philippo:& cum eo decreto ſenatus ſocietatem iunxere:filium quoq; obſidem obſoluerũt
Inde cum Antiochus in Græciam ingẽti claſſe & magnis copiis traieciſſet:ciuitates ad defectionẽ ſollicita
tas ſeditionibus perturbabat:quã quidẽ ad rẽ Aetholos populi Romani dudũ hoſtes ac inimicos ſocios
& conſpirantes habebat:Ii belli cauſam & prætextũ afferebant Græcoꝝ libertatẽ:quibus cum liberi fo:ẽt
huiuſcemõi re haud quaq̄ opus exiſtebat.Veꝝ cũ ad id honeſtiorẽ titulum nõ haberent ipſum pulcherri
mo atq; optimo nomine uti condocefaciebant.Eius itaq; motus & potẽtiæ rumor cum uehemẽtẽ roma
nis terrorẽ incuſſiſſet.Manlius Acilius conſul & imperator & titus Græcoꝝ gratia legatus eo miſſi:ex qui
bus cum primum apparuit:cõfirmatiores reddidit lãgueſcẽtes alios & dubios:cum ſuam illis beniuolẽti
am perĩde ac tempeſtiuum aliqđ medicamen adhibuiſſet:ĩ fide tenuit & ne qua in re peccarẽt aut perfide
flagitioſeq; perpetrarent:uetuit.Eum tamen effugere perpauci:quos iãpridem ab Aetholis occupatos &
corruptis penitus:aĩs contaminatos offenderat:q̄bus tãetſi titus acriter ſuccenſeret:cõfecto tamen poſtea
bello ipſos tueri ipſiſq; propitius eſſe nunq̄ deſtitit.poſtq̄ Antiochus apud Thermophilas uictus ſalutem
ſibi fuga comparans traiecit in Aſiam:conſul Manius Aetholis patim obſedione captis partim:eos philip
po uaſtandos debellandoſq; demandauit.Macedo tum Delophas ac Magneſios tum Achamanos & Ape
rantos uexare & abigere:Manius poſt direptam Eracleam Aetholos intra Naupacton obſidere. Quibus
ĩ rebus titus Græcoꝝ miſericordia cõmotus ex peloponneſo ad cõſulẽ nauigans:primũ ĩcrepare ꝙ ſuaꝝ
præmia uictoriaꝝ philippũ ſibi uendicare ſinat:cumq; macedones gentes plurimas regeſq; ſubuertant:
is fruſtra tempus conterens unum oppidum & per iracũdiã quidẽ obſidione cingat.Inde cũ obſeſſi titum
e muris conſpicati protenſis palmis ſupplices conuocarent : nullo tunc uerbo lachrymis effuſis abſceſſit.
Dehinc iram conſulis placida oratione mitigans ætholis ĩducias ac tẽpus tantum impetrauit:quo miſſis
Romã legatis ab ſenatu quicq̄ clæmentiæ ac humanitatis exorarent plurimũ uero laboris & moleſtiaꝝ
pro exorando Chalcidenſibus manio ſupererat:quibus infenſus admodum erat:ꝙ Antiochus uxorẽ in
tempeſtiue quidem ac præter etatem ſuam ex illorum ciuitate duxerat:quã cõſtante utrinq; bello is iam
natu grãdior eximia forma Cleoptolemi filiã adamauit. Ea res Chalcidenſium aĩos ad Antiochũ prop

tius inclinauit.& ipſoꝝ urbem ei ad belloꝝ uſus opportunū receptaculū ad ſciuerat: Antiochus īde e prælio fugiens cū Chalcidē appuliſſet:correptis opibus cū uxore ac amicis continuo tranſmiſit in Aſiā.Manio igitur per iracundiā illis exercitū admouenti Titus p̄ſto aderat:eumqꝫ ſimul & cæteros Romanoꝝ proceres nūc excuſando:ita placatos reddidit:ut Chalcidēſes oī ſoluti metu ac liberi oī ſupplicio euaſerint.Quorum gratia Chalcidenſium meritoꝝ ciuitas qcqd ī eorum urbe ſplēdide ac magnifice extructū erat dedicauere Tito:ubi adhuc talia cerni licet epigrammata:Populus Chalcidenſis hoc Tito Herculiqꝫ conſecrauere Gymnaſium:alio ī loco:Populus Chalcidenſis hoc Tito & Apolloni delphima:Noſtra etiā ætate Tito ſacerdos publice creari & res diuina fieri ſolet.Perfectis libamētis uerſibus editum quēdam pæana canunt:cuius reliquas quidē partes ob ꝓlixitatem omiſimus.Quæ aūt poſt decātatum carmē dictitent ſcribenda eſſe cēſuimus:candidiſſimam Romanoꝝ fidem cōſtantiſſimo iureiurādo colimus. Iouē maximū Romā titūqꝫ ſimul romanā fidem puellæ canite Io Pæan io tito Soter: Ab cæteris quoqꝫ Græcis digniſſimos honores:& quæ ueros parit honores:mirificā beniuolentiā ex morū comitate cōpararat. Eniuero ſi ob reꝝ geſtaꝝ gloriā cuipiā ueluti philopœmeni aut Achæoꝝ duci Diophani diſceptaſſe aut cōtrouerſiā egiſſe cōtingit:aut ꝓpea graue:aut īcōmodū aliqd ꝑ furorē ꝑpetrauit:eius qdē fiduciæ plena & ciuilis erat oro poſtmodū tamē acerba nemini:Eapp eū nonnulli tū iracundū:tum fortuna leuē exiſtimabāt.Alioqn cōſuetudine & familiaritate iucūdiſſimus nō ſine gr̄a & grauitate facetiis & ſalibus uetabat̄.Cū Achæi Zacynthioꝝ inſulā ſuo iuri uēdicare cōcupiſcerent:ut eos ab īcæpto deterreret:periculoſum illis futuꝝ ait:ſi quēadmodū teſtudīes ita illi lōgius a pelopōneſo caput abducerēt.philippus cū pacē ac fœdera tractare cœpiſſet titū eū pluribus ſe uero ſolū aduentaſſe dixerat:cui titus adiecit:te qdē ipſum neceſſariis ac familiaribus obtrūcatis ſolū reddidiſti.Meſſanus Dinocrates ī conuiuio Romæ temulētus muliebri ſaltarat habitu:poſtera die ab tito ſubſidiū īuocabat ꝗ ab Achæoꝝ īperio ad defectionē ſollicitare Meſanā uerſaret aīo tū titus.de iis uiderimus:te uero miror inqt:cū res huiuſcemōi moliri audeas:uina ſaltare & canere poſſe Cū antiochi legati īgētiū copiaꝝ numeꝝ delectūqꝫ achæis ꝑmultis uocabulis iactitarēt: titus olī ſe cū hoſpite quodā cœnitātē īqt multitudinē carniū admiratū ſubīcuſaſſe:atqꝫ īterrogaſſe unde tātā ferculoꝝ uarietatē cōparaſſet:ei āt hoſpitē porcina oīa reſpōdiſſe:ueꝝ ea apparatu ſaporibus cōdimētoqꝫ differre. Vos itē uiri achæi cū haſtatos iaculatores auditis & pedites:ne ꝓpea tantope antiochi uires admiramini: ꝗ eos armoꝝ tantūmodo genere differētes uniuerſos Syros eē conſtat.Poſt res in Græcia geſtas ac bellū cū Antiocho cōfectum Titus creatus ē cenſor.Is aūt ampliſſimus eſt magiſtratus & quodāmodo ꝑfectiſſimum reipu.culmen huic Marcelli qnquies cōſulis filius collega obtigit.Ii q̄ttuor haud illuſtres admodū uiros e ſeuatu mouerunt Vniuerſos cenſos liberis natos parentibus inter ciuium Romanoꝝ numerum receperunt:ab Terētio Leone tribuno plæbis coacti:q maxime ut nobilitatē offenderet ad id ſcito: cōfirmādum plæbē induxit Erant eo tēpore nobiliſſimi ac excellentiſſimi uiri priuatis inter ſe cōtentionibus diſceptantes Scipio Aphricanus &.M.Cato ex quibus uiꝝ optimū ac primariū Scipionē ī ſenatu pricipē perſcripſit Cū Catone autē huiuſmodi calamitatis de cauſa acerrimas egit inimicitias. Tito frater erat.L.Flaminius: cū cæteris in rebus Tito per q̄ diſſimilis tū ob illeberalis libidinoſaſqꝫ uoluptates oīs contemptor honeſtatis atqꝫ decoris.Hic puellū deperibat:adeo ut ſiue exercitus ductaret ſiue prouincias adminiſtraret ab eius nunquam latere diſcederet.Is ut aliquando Lucium per laſciuiam molliuſculus ad ſe blandimentis alliceret:ſe magnopere illum aeclamare dictauit:ꝗ tametſi quempiā nedum truncari uidiſſet hominē:tamē ut ſuæ potius q̄ ꝓpriæ morem gereret uoluptati:gladiatorum ſpectaculum omiſiſſet.Eo delectatus ſermōe Lucius haud ardua īquit res eſt.Ego uero tuæ iamiā cupiditati remediū ac medelā adhibeo ſimulqꝫ ex dānatis unum adduci iubens in conuiuio accito lictore ſecuri percuti hominem imperauit. Valerius antias non ad pueri ſed mulieris cuius amore teneretur:arbitrium id ab Lucio perpetratum affirmat. Liuius autem ſcriptum in oratione Catonis aſſerit:Gallum tranſfugā cū uxore ac liberis ueniſſe:& ab Lucio īter epulas exceptū:mox ut Scorto quod ardebat:obſequeret̄:ab eo propria manu cōfoſſum. Hoc ad exacerbanda Lucii crimina iure dictū a Catone crediderim.Ipſum autem occiſum minime tranſfugam ueꝝ ex dānatis unū in uincula coniectum extitiſſe:cū alii q̄plures:tum uero teſtis eſt Cicero in eo qui ē de ſenectute libro:ubi omnē Catoni ſermonē & ipſius rei narationē tribuit.Cato deīde cenſor creatus ut curiā tam libidinoſis expiaret maculis:Lucium q̄uis conſularis dignitatis uiꝝ e ſenatorio eiecit loco.Eius ignominiam cum Titus ad ſe quoqꝫ pertinere arbitraret̄:is pariter & frater die Catōi ad populū dicta lachtimis ſupplices Quirites orabant:ut Cato rationē afferret quāobrē illuſtrē adeo fimiliā tantetra affeciſſet nota.Cato minime retardatus in medium cū collega procedens.Titum ſiquid de ipſo conuiuio cōpertū haberet interrogauit:eo negante Cato rē examuſſim expoſuit.Luciū ſubinde perconctatus:ſi quicq̄ emētiretur:tacente Lucio populus eum iure notatum cenſuit:& Catonem ampliſſima cum frequentia domum e foro reduxit.Poſtmodum cum Titus fraternum accerbiſſime caſum pertuliſſet:aduerſus Catonem cum eius inimicis conſpirans quodcunqꝫ is ex ærario conductionis aut emptionis nomine erogaſſet:irritū fecit: & ſenatus auctoritate reſcidit:eumqꝫ:ſæpenumero ī grauiſſima uocauit iudicia. Cæterum haud ſcio q̄ recte q̄qꝫ ciuili more factū:quippe cum ꝓp hominem propīquum quidem uerum īdignum & meritas dantē pœnas aduerſus elegantiſſimū principem & optimum ciuem capitales inimicitias ſuſcepiſſet: illi tamen poſtea romanus populus non mediocrem aliquando reſtituit honorem.Nā cum ludi publice ſpectarent̄ &patres conſcripti digniori de more ſediſſent ordine.Lucius in extrema tehatri ſede abiectus humiliſque conſpectus:populi in ſe miſericordiam commouit.Mox itaqꝫ populus id acerbis ferens oculis crebris eū clamoribus ſuperiorē in partē tranſire coegit:quē e ueſtigio conſuſares iter ſe uiri ſeſſum receperūt: titus

natura uir laudis & honoris ſtudio icẽſus:quoad idoneã belligerãdi nactus erat materiã:clariſſimum ſibi
nomen cõparauit.Poſt cõſulatũ tãetſi nullius rei uſus exigeret:tribunatũ militũ iniit. Deĩde ĩ grauiſcente
magis ætate cum magiſtratus gerere deſiiſſet reliquæ illius uitæ ꝑtes perociũ ĩprobabant̃ ut q̃ ĩmenſa glo
riæ cupiditate & iuuenili quodã animi ardore ſtimulatus ſeipſum cõtinere nequiret. Tali cõtra Hãnibalẽ
uſus ĩpetu plurimã ĩ ſe cõflauit ĩuidiã.Hãnibal.n.poſtq̃ ex Carthagine ad Antiochum cõfugiſſet:iſq; poſt
cõfectum ĩ phrygia præliũ pacẽ & libẽs quidẽ ĩpetraſſet:rurſum lõgis erroribus exul demũ ad Bithyniæ
regem pruſiam ſe cõtulit.Quæ res cũ nemini Romanoꝝ eſſet incognita:tamẽ hominẽ ſenio & imbecil/
litate confectũ & ab fortuna deiectum paruipenderant:Eodẽ tẽpore Titus alia de cauſa legatus ab ſenatu
miſſus ad pruſiam:cũ ibi diuertẽtem uidiſſet.Hãnibalẽ:ꝙ uitã degeret:ueheměter indoluit:pruſias q̃ ſup/
plicem illum ſuſceperat:cũ pro mutua ipſoꝝ conſuetudĩe permultis Titũ præcibus obſecraſſet pro eius
ſalute nihil ĩpetrauit:Cæteꝝ cũ uetus quoddã de Hãnibalis morte hoc pacto uulgaretur oraculũ:Corpus
Hãnibalis libyſſa tumulabit gleba:ille quidẽ de Libya dictũ & ſe Carthagĩe uictuꝝ ac humatũ iri ſuſpica
batur.Bithyniæ autẽ locus eſt ĩ littore:propter hunc aut amplus quidã uicus adiacet:quẽ Libyſſam appel
lant:ĩ eo tunc diuerſabatur Hãnibal:cũ ſemper leuitatẽ pruſiæ infidã ducens:tũ Romanos reformidans.
Quãobrem ipſe domũ ibi ſeptenis ſub terra cuniculis aliis alio longe ferentibus clã inſtruxit.poſtq̃ in ſe fa
ctum a Tito audiſſet edictũ:per exitus illos conatus effugere in regias incidit cuſtodias itaq; mori ſtatuit:
de quo ſic nõnulli perhibent:poſtq̃ is colum inſeruiſſet amiculo : ſeruum ab eo iuſſum genu in aduerſis
obluctantẽ natibus dehinc magnis trahentẽ uiribus obtortã frægiſſe gulã:donec cõpreſſo necaretur ſpiri
tu.Alii cõmemorant eũ Midæ & Themiſtoclis exemplo tauri cruore hauſto periiſſe.Liuius refert uenenũ
q̃d habebat tẽperaſſe:deinde ſumpto poculo ita dixiſſe:permagnã populi Romani curã ſollicitudinemq;
ſoluamus:qui diuturnũ & graue nimis cenſcent odioſi mortẽ ſenis expectare.Nec uero Titus p̄clarum ex
hac uictoria nomẽ reportabit:haud ſuoꝝ dignitatẽ maioꝝ imitatus:q̃ pyrrho & hoſti & uictori ĩpendẽ/
tes ueneni ĩſidias renunciatũ miſerunt:Hic uitæ exitus Hãnibalis fuiſſe traditur.De cuius morte cũ rela/
tum ẽ ſenatui plærîq; Titi facinus ut uacuũ & crudele nimiũ carpebãt:q̃ Hannibalẽ ſicut auẽ quãpiam ſe/
nectute nudatã explumẽ ac manacam & ex ſua mãſuetudĩe uitæ reſeruatã nulla de cauſa niſi ut illius iteri
tu nomẽ ſibi ac laudẽ q̄reret:occiderat: Tũ magis atq; magis Scipiõis Aphricãi clæmẽtiã & aĩ magnitudi/
nem ediſſerebãt:cum miꝝ in modũ inuictũ & fortiſſimũ p̄dicantes:qui Hannibalẽ a ſe in Aphrica ſupera
tum nec ex urbe deturbauerat:nec a ciuibus tradi ſibi poſtulauerat:ueꝝ ante p̄lium eũ iunctis dextris be/
nigne allocutũ:poſt p̄lium fœderibus cõpoſitis nihil in eũ audacius commiſiſſe:aut fortunæ hoĩs inſultaſ
ſe.Eos rurſum Epheſi conueniſſe dicit̃:ubi cum Hãnibal digniorẽ deambulãdo locũ primus arripuiſſet:
id Aphricanus æquo tulit aĩo:ut facile nulla cũ contentione ea fuerit ambulatio.Orta poſtmodũ inter eos
de ducibus mentione:cũ Hannibal excellentiſſimũ primo ducem Alexandrũ deinde pyrrhũ ſe autem ter
tium demonſtraſſet:ſubridens paululũ Aphricanus:quid niſi te uiciſſem inq̃t?Tũ Hannibal:Nõ tertium
Scipio ſed me cæteris ante poſuiſſem ducibus inquit:Hæc cũ de Scipione mirificis efferrent̃ laudibus:titũ
uituperabant:ꝙ alieno cadaueri manus intuliſſet:Erant q̃ id collaudarent factum:Hannibalẽ dum uita ſu
pereſſet: ignem quẽdam arbitrantes:cui exercitantis opus eſſet flatibus.Non.n.dum uires integræ ac ro/
buſta uigebat ætas eius corpus aut manus:ueꝝ conſilium atq; rei militaris peritia terrori Romanis exti/
tiſſe.Accedebant p̄terea odium & innata q̄dam acerbitas:quæ res haud ſenectute tollunt̃:ueꝝ cum fortu
na immutent̃:mores ac natũra permanent:qui uero ꝑ odium inimicitiaſq; diſceptãt:etiã uariante fortu/
na ad aggrediendũ ſemꝑ aliq̃d uocante ſpe concitant̃ Qua in re titi teſtimonio erãt Ariſtonicus Citharœ
di:aquo ꝑ Eumenis gloriã uniuerſa bellis aſia defectionibuſq; refecta eſt:Et Mithridates:q̃ poſt Syllam &
Fimbriã poſtq; tantã exercituũ & imperatoꝝ ſtragem rurſum tot terreſtribus maritimiſq; copiis aduer/
ſus Lucullũ ſtetit.Nec uero magis q̃.C.Marius dep̃ſſus iacebat Hannibal: cui regis amicitia familiaritaſq;
contigerat:in nauiũ p̄terea equoꝝ ac militũ ſtudiis & aſſidua cura uerſabat̃.Romani fata Marii dũ aphri/
cam mẽdicus errabat:irridebãt.quem poſtpaulo:dũ ab eo iugularent̃ uirgiſq; cæderent̃: ꝑ ſummã uene/
rationẽ colẽtes adorabãt.Hoc pacto nihil eſt ꝙ paruũ aut magnũ dici queat. Veꝝ unus q̃ uitæ idẽ & melio
ris fortunæ modus ac finis ẽ.Quas ob res nõnulli hæc ab Tito haud ſpõte facta cõmemorant:q̃n miſſum
ꝑpea.cum.L.Scipione legatum ut de Hannibalis nace tantummodo tractarent.Nullam amplius ab Tito
rem domi militiæq; geſtã accæpimus. Qui cũ uitam trãquillus egeret:uita defunctus eſt.

## COMPARATIO TITI ET PHILOPOMENIS.

M Vtuam ipſoꝝ comparationem ĩtueri iam tempus poſtulat:in maximis igitur erga Græ/
cos meritis neq; philopomenem neq; permultos uiros optimos tito cõfere dignũ ẽ quip/
pe cũ ab Græcis aduerſus Græcos:ab tito autem minime Græco pro Græcis belligeratũ
ſit Cũq; philopœmeni ſuis ciuibus ferendæ opis nulla facultas præſtaretur: enauigauit in
Cretã:tunc titus ĩ media Græcia reportata ex philippo uictoria & gẽtis & ciuitates uniuer
ſas libertate donauit.ꝙ ſiq̃s amboꝝ prælia diligenter exq̃rat.lõge plures a philopœmene
Græcos:dũ Achæoꝝ præturam adminiſtraret:q̃ a tito Macedonas.dũ Græcis ſuccurrit deletos inueniet.
Quid ipſorum delicta?Vnius q̄dem permagna honoris ambitio:alterius uero contentionis pertinacia ex
titit.Cũq; ille ad irã facile moueret̃:hic ĩexorabilis erat.titus.n.& philioppo regiã dignitatẽ cõſeruauit & in
ætolos benignũ exercuit animũ. philophœmẽ ĩſtigãte ira adiacẽtiũ tributa uicoꝝ patriæ ademit.Itẽ alter
ſꝑ in eos de q̄bus bene meruerat:cõſtãs ſtabiliſq; ꝑmãſit:alter ex iracũdia ĩcohatã celeriter g̃ram ſoluturus
erat.Nãq; cũ Lacedæmõios plurimis ãtea beneficiis affeciſſet poſterius muros ſubuertit agrũq; uaſtauit &

ipſa deniq; reipu. inſtituta permutauit atq; corripuit: indignatione quoq; ac intempeſtiua quadam peruicatia uitā abieciſſe uiſus eſt: qui dum acerbius q̃ ſatis erat: ī Meſſanam urget impetū: non more Titi omni conſilio & ratione ad tutelā imperatoris uſus artibus: Philopœmenis peritia p̄liorum & trophæoꝝ multitudine firmior illi enim obuenit: ut in eo bello qđ aduerſus Philippū gerebatur: rem duobus dūtaxat p̄liis cerneret. Hic āt infinitas ſtrenue cōmittēs pugnas ī decertādi ſcientia ne unā quidē fortunæ temeritati dimicationē permittendā exiſtimauit. Præterea ille florentiſſima Romanoꝝ potētia fruens: hic marceſcēte iam Græcoꝝ imperio epullulans nominis celebritatē & gloriā cōſecuti ſunt. Quocirca q̃cquid magnifice cōfectum eſt: huius quidē priuatū: illius autem commune opus cenſeri debet. Ille namq; bonis & fortibus præfuit hic præfectus equitum creatus bonos & fortes effecit. Prælia cum Græcis commiſſa acre ſane non fœlicitatis ſed uirtutis argumentum ac demonſtrationem præbuere: quod ſi æqualia cætera dentur: uirtutis certe priores partis habet. Nam aduerſus Græcorum bellaciſſimos cretas & Lacedæmonios bellū gerens: magis atq; magis uafros dolo: fortiſſimos uero audacia ſuperauit. Ad hæc Titus ex ſubiectis & maioꝝ ſuoꝝ inuentis uictor euaſit: bellandi ſolertia & collocandi agminis inſtructiōe ſicut aliunde doctus acceperat utens. Cæteꝝ Philopœmen ordinem & eaꝝ reꝝ diſtributionem intulit ac uariauit. Eapropter cōmodiſſimum conſequendaꝝ uictoriaꝝ artificium alteri quidem cum nō adeſſet īuentum eſt: reliquo cum adeſſet adiumento fuit. Philopomenis multa & ingentia opera hoſtem manu feriendo claruere alterius nulla. Quin ætolus quiſpiā nomine Archedemus illum carpere ſolebat: ꝙ cū ipſe cōtra pugnātes macedonas & confertiſſimos hoſtes nudo incurſaret enſe. Titus ſupinas in cælum manus tendens ſtaret deos in uota defatigans. Tito nimirum & duci & legato: ut honeſta cuncta conficeret: obuenit. Philopœmen nō ſane deteriora præſtitit: nec ſe priuatus ſegniorem: q̃ Achæorum imperator præbuit: priuatus ex Meſſana Onabin tyrannū eiecit: Meſſeniiſq; libertatem: reddidit priuatus quoq; Diophanē prætorem & titum aduentātes ex ſparta occluſis portis amouit. Lacedæmonioſq; ſaluos fecit: ſic imperatoriū habēs ingenium non modo pro legibus ſed & legibus īperare uincente utilitate nouerat. Nec ei ut ab ſubditis imperandi officium caperet opus erat: ipſis tantum ubi tempus depoſceret uſurus eum qui pro ſubditis ſaperet magis q̃ qui ab ſubditis deligeretur: imperatorē eſſe exiſtimans. Generoſi animi benigni & perhumani titi in Græcos opera. Generoſioris animi fortioris & libertatis amore facta flagrantia philopœmenis in romanos. Etenim facilius gratiā egenis impartire: q̃ potentioribus infeſtū obſiſtere: Poſtq̃ igitur hunc in modum excuſſis ac diſquiſitis ambobus contemplatu ſub obſcurior differentia eſt: animaduerte: nunqđ homini Græco bellicæ peritiæ & imperatoriæ artis coronam: Romano āt iuſticiæ ac bonitatis palmā reddentes arbitri minime contemnendi fore uideamur.

